

sed in *minore* propof. diffusior & amplior assumitur.

Ejusdem commatis est & hæc  $\kappa\upsilon\beta\epsilon\acute{\iota}\alpha$ .

25. *Omne secundum immediatè sequitur primum:*

*O. tertium immediatè sequitur secundum:*

*E. O. tertium immediatè sequitur primum.*

Resp. continet hic Syllogismus, quem *Stengelius* habet in lib. de bono & malo Syllogismo part. 1. c. 6. & si. expressè 4. terminos 1. secundum 2. immediatè sequitur primum 3. tertium. 4. immediate sequitur secundum. *Scharffius* ita respondet: Genus argumentandi hic mutatur. In *Majore* enim immediatè sequitur ad Prædicatum: in *Minore* subdolè ad medium. Exinde nihil sequitur. In *Majori* secundum est terminus rectus & totalis: in *Minori* partialis & obliquus: *Weizmann. p. 344.*

*Stablius* in *Instit. Log. p. 187.* hic terminus, inquit, major est, sequitur immediatè primum. Minor tertium. sed loco medii sunt duo termini, subjectum enim majoris est secundum, & quum Syllogismus sit in 1. figurâ, secundum etiam debet esse prædica-

dica-